

EXEMPLVM PRO GRESSIONIS ARITH- METICAE.

Sunt in quibusdam regionibus, vt in Silesia, Italia, in vsu Horologia, quæ vocant, integra, quæ non desinant in duodecimam horam, sed in vltimam integri diei naturalis, id est, in horã viciesimam quartam: quæritur, quot ictibus pulsent huiusmodi horologia totius diei, noctisq; spacio, quod vulgo vocant diem naturalem. Facit summa iuxta legem Arithmeticæ progressionis continuæ ictus seu pulsus 300.

ALIVD EXEMPLVM PRO- gressionis Arithmeticæ.

Quidam princeps venditurus suam ditionem, quæ est 30 oppidorum, ita paciscitur cum emptore, vt pro primo oppido numeret tantum vnũ nummulum, quales 252 efficiunt aureum, pro secundo duos, pro tertio quatuor, atq; ita deinceps duplum proximi precij.

Quæ